

Franckesche Stiftungen zu Halle

Salomonis, Regum hominumque, peccati labe laborantium, sapientissimi, Proverbia & Ecclesiastes

Breithaupt, Joachim Just

Magdeburgi, 1717

VD18 11104074

Caput Primum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permission, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216270

PROVERBIORUM
EPICA METAPHRASIS,

CUM
ARGUMENTO ET PARALLELISMO
CAPITUM.

CAPUT PRIMUM.

INTROITUS. Proverbiorum, autor: 1. finis; sapientia, prudentia, experientia. 2, 3, 4. Usus; meditatio, obsequium, 5, 6. PROVERBIORUM TRACTATIO GENERALIOR. Timor Dei, initium sapientiae: cuius contemptus, stultitia. 7. Post Deum Parentes colere, faustissimum. 8, 9. Malorum blanda societas ut vitetur, Divina vindicta meditanda. 10. -- 15. -- 19. Vaticinatio de Christo, Sapientia; comminante exitium contumacibus, & fidelibus salutem promittente. 20. -- 22. -- 33.

INTROITUS.

I.  Regis Ebræorum, nati Davide Parente,
Pacis ab auspicio *Salomonis*^a nomen
adepti,
Aurea *Dicta* feram: CHRISTO præsente,
Latinis

Collustranda modis.

2. Hinc, hinc Sapientia^b vera;
A 2 Hinc

PARALLELISMUS CAPITIS I.

(a) *Sal. Prov. XXV, 1. Eccl. I, 1. (b) inf. 20. II, 10, 11, III, 13, 19, 20. IV, 7, 11. VII, 4. VIII, 1, 11, 12. IX, 1, 10. XXX, 3.*

- Hinc castigatrix ^c sese Prudentia ^d cordi
 Mortali insinuat: datur hinc, discrimina rerum,
 Quæ verbis VERBUM cœleste recondidit, altâ
 3. Mente sequi ^d; ac, morum decus acceptare sagaci ^e
 Obsequio, Themidos fas, jus, mandataque recta. ^f
 4. Hinc rudibus ^g mens culta ^g venit: calidisque juventâ
 Incidit hinc animis cunctante Scientia ^b freno;
 Usibus & variis læta, Experientia ⁱ, crescit.
 5. Auscultat, quicumque sapit ⁱ; sapientior, aucto
 Doctrinæ studio ^k, emergens: quique omnia digno
 Judi-

(c) cum theoria praxis, de qua vid. 3. 7. 23. 25. 30. III, 11. t. V, 12. 23. VI, 23. VIII, 33. IX, 7. 8. 5. X, 17. XII, 1. 18. XIII, 18. XV, 5. 10. 12. 31. 32. XIX, 18. 20. u. 25. XXII, 15. XXIII, 12. 13. 23. XXIV, 25. 32. XXV, 12. XXVII, 5. 6. conf. XIV, 10. 0. (d) II, 3. III, 13. 19. VI, 21. VII, 3. VIII, 1. 5. 9. X, 23. d. XIV, 18. 29. XV, 21. XVII, 24. 27. XVIII, 2. XIX, 8. XX, 5. XXI, 30. XXIII, 1. 12. XXIV, 3. XXX, 2. (d) conf. 6. II, 3. 5. 9. IV, 1. 5. 7. VII, 7. VIII, 5. 14. XIV, 8. 15. XVI, 16. 24. XX, 24. XXII, 21. XXIII, 1. 23. XXVIII, 11. (e) conf. 2. 4. III, 4. k. (f) conf. præsertim de judicio in agendis, II, 8. VIII, 6. 20. XI, 1. XII, 8. d. XIII, 23. p. XVI, 8. XXI, 3. 15. g. XXVIII, 5. XXIX, 7. 26. Eccl. VII, 17. VIII, 5. X, 11. 15. (g) inf. 22. III, 35. VI, 32. VII, 7. VIII, 5. 12. IX, 4. 6. 16. XII, 16. 23. XIII, 16. XIV, 8. 15. 16. 18. XIX, 25. XXI, 11. XXII, 3. XXVII, 12. Matth. XI, 25. (h) Vid. GLASSIUS Philolog. S. lib. V, c. J. de Verbis cognitionis, affectum atque usum sollicitum connotantibus plerumque, & c. XII. de sensuum verbis. conf. 7. 22. 29. II, 5. 6. III, 6. 20. IV, 19. VII, 4. 5. VIII, 9. 10. X, 14. XII, 10. XIV, 10. 0. (i) III, 21. V, 2. VIII, 12. Rom. V, 4. 2. Petr. I, 5. (i) II, 2. c. III, 1. 10. 13. IV, 5. 7. 11. VI, 6. VIII, 33. IX, 8. 9. 2. a. (k) sup. 3. II, 5. 9. III, 23. 35. IV, 2. V, 3. VI, 24. VII, 21. IX, 9. a. XV, 2. XVI, 21. 23.

Judicio assequitur ^l, sensum meliora fovebit ^m

Proposita ⁿ; unum agitans, iteratâ voce monendum,

6. Has gnomas satis ut discat, sensumque latentem,
Et quid quæque probet fieri, & quid quæque refellat;
Ut Sapientum, inquam, dicta atque ænigmata ^o nôrit.

TRACTATIO GENERALIOR,

PRIORA IX. CAPITA COMPREHENDENS.

7. **P** Rincipio, sanctâ trepidans formidine, pectus
Concipiat DOMINUM; celsi cui machina cœli
Stat thronus, & terræ pavidus se subjicit orbis,
Plantarum ima quies: timor ^p iste, scientia prima,
Stultitiæque fuga, est. Fastidivêre ^q profani ^q
Cognitionis opes veras, monitusque paternos.

A 3

Nate!

(l) XV, 14. XVII, 28. (m) IV, 5. 7. VIII, 22. XVI, 16. (n) XI, 14.
XX, 18. XXII, 5. XXIV, 6. (o) X, 1. XXV, 1. XXVI, 7. 1. Reg.
V, 12. X, 1, 2. Eccl. XII, 11. 1. Paral. IX, 1. (p) inf. 29. II, 5. III,
5, 6, 7. 20. VIII, 13. IX, 10. b. Ps. CXI, 10. GREGOR. NAZIANZ.
Orat. XXVIII. Unam hanc sapientiam scio, quæ in timore DEI sita est.
Nam & principium sapientiæ, timor DOMINI: & finis sermonis; Omnia
audi, DEUM time! Hæc sapientissimi illius Salomonis verba sunt. Eccl. XII,
13. (q) XI, 12. (q) 4. & inf. 22. V, 23. X, 9. XI, 12. 29. XII, 15. 23. XIII,
14. 16. XIV, 3. 17, 18. 21. 24. 29. XV, 2. 5. 14. 21. XVI, 22. XVII, 9. 28. XIX, 27.
XX, 3. XXII, 15. XXIII, 9. XXVI, 1. 3. -- 11. XXVII, 22. XXIX, 9. 11.
Eccl. II, 14.

8. Nate! patris curam sitientibus auribus hauri ^r,
Pro te sollicitam: nec tu felicia matris ^r
9. Desere iussa ^s tuæ! capiti præcepta colenda
Conciliant diadema pio ^s, colloque monile ^t,
Auri ac gemmarum radiis utrumque coruscum ^t.
10. Cum, miserande puer, stimularis ^u ab ore malorum:
Nullus eos audire velis. Si fortè morantem,
11. Aut his, aut aliis, facibus succendere pergant:
Adde, age, te nobis socium! libet, euge! cruentis
Fraudibus infontem premere ^x, occultare ^x latebras.
12. Caussarum facilis jactura ^x. Vorabimus illos,
Ceu quos è vivis rapiens absorbet ^y Averni ^y
Halitus: &, solidâ superûm virtute superbos ^z
In Stygias fauces jam descendisse ^a, videbis.

Usque

(r) IV, 3, 4. 10. VI, 20. 23. VIII, 33. X, 1. XV, 20. XVII, 25. XIX, 26. XX, 20.
XXXIII, 15. 22. 24. 25. XXVII, 11. XXVIII, 24. XXIX, 15. XXX, 17. XXXI, 1. (s) Lex:
III, 1. IV, 2. VI, 20. 23. VII, 2. XIII, 14. XXVIII, 4. 7. XXIX, 18. XXXI, 1. 26.
(s) III, 4. IV, 9. XIV, 18. 9. (t) III, 3. 22. VI, 21. AUGUSTINUS
Pf. 149. ad v. 8. Dictum de Sapientiâ Proverb. I. Non tibi imponeret tor-
quem auream, nisi primum in compedibus ferreis te alligasset. Sed, cæ-
pisti à timore; consummaris à sapientiâ. conf. Sirac. IV, 18. -- 21. (t) III, 34. 35.
IV, 8. 9. XII, 4. XIII, 15. XIV, 24. XV, 30. XVI, 31. XVII, 16. XXII, 1.
XXV, 25. (u) XVI, 29. XX, 19. XXIII, 17. XXIV, 28. (x) conf. 18. VII, 12.
XII, 6. XXIII, 28. XXIV, 15. (x) 18. II, 7. b. (x) 17. g. primum. III, 30.
XXIII, 29. XXIV, 28. XXVI, 2. (y) XXI, 20. b. (y) V, 5. VII, 27. IX, 18.
XV, 11. 24. XXIII, 14. XXVII, 20. Eccl. IX, 10. (z) II, 7. b. 21. X, 9. 29. XI,
3. 20. XIII, 6. XIV, 32. XIX, 1. XXVIII, 6. 10. 18. 26. XXIX, 10. (a) XXVIII,
17. XXX, 4. Pf. XXVIII, 1. XXX, 4.

13. Usque adeò tollemus eos, bona ut omnia nobis
Deprensa aspicias pretiosa ^b, & tecta domorum
Quisque sibi ad plenum spoliis ^c distendat opimis.
14. Tu confide alacer: nos inter conjice sortem ^e!
Idem omnes simul ardor aget: labor omnibus idem;
Una salus nobis; erit omnibus una crumena ^d.
15. Heu, comitis ne junge gradum ^e: sed talia cautus
Abnue ^e, noster amor! frenis ac compede durâ
16. Verte pedem ^e retrò! rapidus quia cursus eorum
In tenebras vetitumque ruit, dum sanguinis ardent
Innocui (vah, grande nefas!) effundere rivos ^f.
17. Alituum ^f ante oculos frustra ^g expanduntur aperta
Retia ^f: non etenim cedunt terroribus ullis ^g.
Cominus interea vigiles terrestria curant
Coelicolæ, celeres visu & pernicibus alis;
Vindictamque DEUM delata ob crimina poscunt:

Unde

- (b) VI, 26. 31. VIII, 18. X, 15. XI, 4. XII, 27. XIII, 11. XVIII, 11. XIX, 4. 14.
XXIV, 4. XXVIII, 19. 22. XXX, 15. (c) XVI, 19. XXXI, 11. (d) XVI, 33.
(d) XVI, 11. (e) 16. 19. II, 12. 13. 15. 20. III, 6. 7. 17. 23. 31. IV, 11. 12.
14. 18. 19. V, 6. VI, 6. 23. VIII, 20. 32. X, 29. XI, 5. 17. XII, 15. XIV, 15.
XV, 9. XVI, 7. XIX, 3. XXII, 5. 25. XXIII, 19. XXVIII, 10. 18. XXXI, 3.
(e) III, 23. (e) *sup.* 10. III, 27. x ult. IV, 26. 27. V, 5. VI, 13. 18. 28. q. VII, 11.
XIX, 2. XXV, 17. 19. XXVI, 6. (f) XXIX, 10. Rom. III, 15. (f) *omnis do-*
mini ala. conf. 19. *h. prius.* Eccl. X, 20. *idiotismus:* Prov. XII, 9. XXII, 24.
XXIII, 2. XXIV, 8. XXIX, 22. (f) V, 22. VI, 2. 5. VII, 22. 23. XII, 13. 11.
conf. XXIX, 5. Eccl. VII, 26. (g) *sup.* 11. x ult.

18. Unde tot insidias inter se & vulnera miscent
 Diri homines. sua quisque dolis præcordia fallit.
19. Tam miseras secat ille vias ^g, quem corripit usquam
 Sacra fames lucris ^g! lucem hoc prædonibus ^b aufert ^b.
 Temne malos! ne temne DEUM! neu temne parentes!
20. Condiderat Sophie tellurem; ubi, sede quietâ,
 Humanam voluit præsens invisere prolem ⁱ:
 Nunc domus, ah! prorsus deperdita, nescit amandam;
 Immemor antiquique statûs, fatique futuri.
 Ergò & ubique foris Sapientia plurima ^k clamat ^k;
 Intra ædes peregrina suas; dans undique voces ^l
21. Per loca, lata situ: quin, sicubi turba coacta,
 Stans inter primos, resonat; stans, personat ultrò,
 Portarum ^m in foribus: muros plangoribus implet.
22. Quò tandem, malè sana cohors? quid amabitis
 usque
 Simplicitem animi, spoliata ^m luce Sophorum?
 Nam quæ deinde mora est? quæ vos dementia, stulti,
 Deti-

(g) 15. e. (g) XV, 27. XXVIII, 16. utrobique cum opposito. (h) dominus, possessor;
 de facto, vel jure. III, 27. XVI, 22. XVII, 8. add. sup. 17. f. med. & XII, 2. p.
 Eccl. V, 12. VII, 12. VIII, 8. XII, 11. (h) XXIV, 11. (i) VIII, 31. XXIV, 3.
 (k) IX, 1. XXIV, 7. plurale emphat. ut XIV, 3. 9. Eccl. II, 7. V, 6. X, 1. 12. conf.
 adjectivum Prov. XIV, 1. & c. (k) XXIX, 6. conf. LXX. (l) Job. I, 10, 11.
 Luc. XI, 49. Hebr. II, 12. (m) VIII, 3. XXII, 22. XXIV, 7. XXXI, 23. 31.
 (m) sup. 4. g.

Detinet? in quantum extendent scurrilia scurræ,
Haud desiderijs risu potiora petentes?"

Quàmque diu mentes stolidas °, odisse, juvabit,
Sectandum veri studium, & monumenta magistræ?

23. Eja, revertimini: non terga mihi, ora vocanti
Reddite °! conversos feriet mitissima virga p,
Spiritus, ecce! meus, promendus, munere largo
Vestra in corda fluet: mea vos effata docebo.

24. Nec mihi, sed tantum vobis, averfa voluntas.
Testatur manus hæc: toties quam, signa patrantem,
Protendens q, equidem, vos non attendere q, miror!

25. Consiliis q nunquam desum: verum optima quæque
Irrita r duxistis, veluti sordentia; &, ipsa
Verbera amica pati, palmis pedibusque negastis.

26. Propterea, ut justum: si quando venerit horror
Vester, & ingruerint, quæ vos jam jamque timetis;
Tunc ridere & ego, vosque explosisse, videbor;

B

Vos-

(n) III, 34. VIII, 12. IX, 7. XIII, 1. XIV, 6. XV, 12. XIX, 25. 29. XX, 1.
XXI, 11. 24. XXII, 10. XXIV, 9. XXIX, 8. (o) sup. 7. q. 32. X, 18.
XVII, 16. 20. XXVI, 4. 10. 11. XXVIII, 26. Eccl. V, 2. (o) VIII, 33.
(p) conf. 25. 30. sup. 2. c. (q) Rom. X, 21. (q) XVII, 4. XXIX, 12.
(q) inf. 30. 31. III, 19. VIII, 6. 14. XI, 14. XII, 15. XIII, 10. 16. XV, 22.
24. 26. XVI, 3. k. XIX, 20. XX, 5. 18. XXI, 30. 31. XXII, 20. XXIV, 6. c.
XXVII, 6. 9.

- Vosque ego spernendos illudendosque relinquam ^r.
27. Credite! sic fas est, vestram me cernere cladem
 Posthac, si inciderit pavor ^r in vos; qualis ab alto
 Tempestas glomerat nubes, atque imbribus atris
 Diluit ac vastat, quæcunque obnoxia tangit:
 Si vos contundet turbo ^s, velut horridus arva
 Diruit, expellens segetem ab radicibus imis.
28. Tum verò incipient demum clamare vicissim,
 Auxiliumque meum precibus tentare maligni:
 At nihil excipiam ^t. per matutina ^u requirent
 Me sacra ^u: nec lacrymis veniam reperire valebunt.
 Hæ, nam, quæ fuerint lacrymæ, quas denique fun-
 dent,
- Qui vero fidei nunquam dolitura dolore
29. Corda gerunt? semper quibus est invisa sciendi
 Cura salutaris? qui formidare JEHOVAM,
30. Consultisque meis placidos se credere, nolunt;
 Cuncta averfantes ^x mea castigantia verba ^x?

Quid

(r) IV, 15. e. VIII, 33. 2. XIII, 18. r. XV, 32. s. XXIX, 18. conf. Matth. XV, 6. (r) 22.
 33. III, 34. IX, 7. 12. XIII, 1. XIV, 6. 13. XV, 12. XIX, 25. 28. 29. XXI, 24. XXII, 10.
 XXIV, 9. XXVIII, 14. XXIX, 8. 18. Pf. II, 4. XXXVII, 13. (r) id, quod ti-
 metis: 26. 29. 33. III, 24. 25. VI, 15. VIII, 33. X, 24. XII, 1. 2. 13. XIII, 4. 18.
 XIV, 6. XV, 12. 32. XXIV, 22. XXVIII, 14. (s) X, 25. XXIX, 1. (t) XV, 1.
 23. 28. XVIII, 13. 23. XXII, 21. XXIV, 26. XXVI, 4. 5. XXVII, 11. XXVIII, 9. XXIX, 19.
 (u) VII, 15. VIII, 17. XI, 27. XXI, 6. XXIX, 26. (x) V, 12. XV, 5. (x) 23. p.